



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio CXIII. Episcopus dicitur habere Fiscum, & ille capit bona clericorum
ab intestato decedentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

D E C I S I O C X I I I .

Episcopus dicitur habere Fiscum , & ille capit bona clericorum ab intestato decedentium.

Est Decisio 4. sub tit. de testament. in antiq.

S U M M A R I U M .

- 1 *Fiscus Ecclesiasticus capit bona clerici absque hærede decedentis.* 3 *Clericus an quis probetur ex quasi possessione clericatus.*
 2 *Ecclesia habet Fiscum.*

- 1 **M**ortuo Titio absque hærede ex testamento, vel ab intestato curia Principis secularis accipit bona prætendens Fiscum debere succedere deficientibus cæteris, Curia autem Ecclesiastica prætendens istum Titium fuisse Clericum, & in possessione Clericatus, vindicat illa bona, dicens ad Curiam Ecclesiasticam pertinere debere, quæritur primo, an supposito, quod fuisset Clericus, Curia Ecclesiastica bene dicat, videtur quod sic, quia Ecclesia habet Fiscum. 16. *questio 4. quisquis & can. si quis deinceps, & extra de praben. C. Presbyteri.* Credo quod voluerit allegare *C. quia diversitatem, de concessio. prabend. in gloss. antepenult. ubi videt & in Clemen. pastoralis, in fin. de re judic. per Dominum Antonium de Butrio, & argumen. 12. q. 1. can. aurum licet etiam hæc sonent, 16. q. 1. Eccl. & in palea Constantinus. 94. dist. 1.* item quæritur secundo, an sufficiat Curia Ecclesiasticæ tunc probare illum esse in possessione Clericatus, si illum fuisse Clericum negetur, & nisi probetur per Curiam seculari ipsam fuisse laicum; & videtur quod sic, quia possessio clericatus relevat curam Ecclesiasticam à probatione tituli, per *C. si index de senten. excomm. lib. 6.* quia in probatione alicujus præambuli sufficit probare possessionem, cum tunc non requiratur.
- 2
- 3

requiratur ita exacta probatio, heur requiritur super articulo principali, ut nota. per Cyn. C. ubi causa statim, l. i. in 5. qu. C. que sit long. consuetud. l. 2. circa finem. verb. expeditis sumus, in cap. Abbate de verbo signif. etiam quod dixi. ff. si servi, vendi. sicuti s. sed si quaeratur. Item etiam ad hoc facit, quod not. Innocent. de verbo signif. veniens. In contrarium videtur, quod imò habeat plenè probare clericatum, & titulum, nec sufficiat sumaria cognitio & probatio. C. quorum bo. l. 1. præsertim cum est mortuus Clericus ille. Undè Titius non potest dici in possessione Clericatus, igitur possessio præterita non relevat abjungere probandi, cum jura loquentia de possessione relevante ab onere probandi &c. loqui videantur in præteriti, non in præteriti possessione.

Ad partis 5. Quæst. 1.

DECISIO CXIV.

Abbas non manuteneretur in quasi possessione approbandi Confessores, sed Episcopus, donec Abbas ipse per tres conformes probet immemorabilem.

Reverend. P. D. Attrebaten.

Calaguritana jurisdictionis de Nagera.

Desif. 332.
par. 1.
recent.

Luna 6, Junii 1611.

SUMMARIUM.

- | | | | |
|---|--|---------|--|
| 1 | Mandatum de manutenedo datur ex sola assistentia juris absque alia probatione. | 2 | Confessiones secularium audire nemo potest sine approbatione Episcopi, & an sufficiat approbatio Abbatis, qui est nul- |
| | | N n n 3 | |